Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quia in eo quod placere appetit. non se sed per se hominibus
placere ueritatem querit.
Scire etiam rector debet quod plerumq; uicia uirtutes
se esse mentiunt. Nam sepe sub parsimonie nomine se
tenacia palliat. contraq; se effusio subappellatione largi
tatis occultat. Sepe inordinata remissio pietas creditur
et effrenata ira spiritalis zeli uirtus estimatur. Sepe pre
ceptiua actio uelocitatis efficacia. atq; agendi tarditas gra
uitatis consilium putatur. Unde necesse e ut rector
animarū uirtutes ac uitia uigilanti cura discernat. ne
aut cor tenacia occupet. et parcum se uideri indispen
sationibus exultet. Aut cum effuse quid pditur largum
se quasi miserando glorietur. aut remittendo qd ferre
debuit ad eterna supplicia subditos priuat. Aut in
manitter feriendo qd delinquit ipse grauius delinquat.
aut hoc quod agi recte ac grauiter potuit immature
preueniens leuiget. aut bone actionis meritū differen
do addeteriora permutet.
Sciendum quoq; e quod aliquando subiectorū uitia
prudenter dissimulanda sunt. sed quia dissimulant indi
canda. Aliquando et aperte cognita mature toleran
da. aliquando uero subtiliter et occulta pscrutanda.
aliquando lenitter arguenda. aliquando autē uehemen
ter increpanda. Nonnulla quippe ut durimus pru